



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

19 An ignorantia excusans legis transgressionem allegari possit in foro  
externo, & qualiter probanda sit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



tetur: tunc autem intelligi debet referari ob commune bonum praeiudicium, quando per se, & ratione sui reseruat, nulla specialis constitutione peccatum illud prohibente: at quando specialis constitutione aliqua specialiter prohibita, & punitur, reseruat, ut scilicet Sixtus V. contra male promotos ad ordinem delicti, & Gregorius XIII. conuicantes, & recipientes pecunias, & Gregorius XIII. conuicantes, non contrahitur ab ignorantia talem peccatum. sic Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 32. num. 18.

Tertio infert idem Sanchez supra, cum Anton. e. 2. de cons. n. 19. cor. ff. hoc uera. annulationem actus, quando non est solemnitas def. et. sed in delinquentis peccatum, non incurritur a legis ignorantia. Alias ipse delinquentis est propria peccata excusetur: quod dicitur, difficultateque admodum est, & tenet Flam. de confid. q. 2. 1. n. 33. quoad forum conscientiae, esto quoad forum exterius, & iudicate affirmit incurrit.

Quarto infert coniugem habentem rem cum consanguineo alterius coniugis in secundo gradu, ignorando hunc actum esse specialiter ab Ecclesia prohibendum, non impediri a debiti petitione, qua non committitur incestum. Idem est si tenetur, vel baptizaret filium alterius coniugis, ignorans hoc esse ab Ecclesia prohibendum, quia in his casibus est ignorantia iuris, quae non excusat, sed peccata excusat ex supra dictis, & tenet alius rector Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 32. n. 43. Idem existimo dicendum de ignorante solum peccatum, hoc est, de ignorante sibi esse prohibendum debiti petitionem ob incestum commissum, etiam si sit specialiter prohiberi.

9. Restat satis facere argumentis probantibus ignorantiam solum peccata non excusat ab illa.

Ad primum dico, adequatam rationem delicti merentis peccatum delicti extraordinarium suam esse in transgressione legis imponentis talem peccatum, non vicumque, sed cum sufficienti illius cognitione, aliis non censebitur delinquens esse subiectus. Neque obstat exemplum de peccata inferni, quam quilibet peccator meretur, etiam illam inuincibiliter ignoret, quia haec peccata non sunt extraordinaria peccata mortalia, sed peccata ordinaria illius, & leuior ea, quam peccatum meretur. Delictum non est peccata, quam ipse delinquentis in se debeat excusari, sed potius illo esse exequenda. Ad executionem autem peccata proportionantur quilibet delinquentis subicitur eo ipso, quod delinquentis sit.

Ad secundum dico plures esse peccata extraordinaria, & exorbitantes impositas delictis, si delicta in se considerentur, at non esse exorbitantes a terna delicti multiplicatione, & aliis circumstantiis, quibus index motu est ad peccatum illam extraordinarium constitutum. Ex quo fit delinquentem ignorantum obligatum non esse talem peccatum subire, bene tamen subire eam, quae delicto secundum se fuerit proportionata.

PUNCTUM XVIII.

An ad incurrendam poenam a lege impositam sufficiat ignorantia quilibet mortaliter culpabilis.

- 1 Non contrahit poenam, si lex petat scientiam praesumptionem, aut temeritatem; peccatum tamen committit.
2 Si lex factum prohibeat uerbis simplicibus, excusatur a censuris.
3 Ab aliis poenis non excusatur.

Respondeo nequaquam sufficere si lex scientiam legis exoptulerit: ut si dicat, qui scienter actum talem fecerit, excommunicatus, ut pensus aut irregularis sit, tunc enim necessario requiritur ignorantia affectata, quae scientiae aequiparatur, neque alia sufficit, quae libet enim alia data, non uere diceretur scientiam fecisset, sed ignoranter. Item cum lex petit in delinquentem scientiam legis, & poenam petit dolum in delinquentem, ut poena illius afficiat: at dolum non committitur, nisi cum ex ignorantia affectata procedat, ut optime probat Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 32. n. 36. Ergo ubique haec ignorantia non contrahitur poena lata aduersus scienter facientes, ideo enim dicitur in l. 1. ff. de dolo, ignorantem in dolo non uersari, quia non quilibet ignorantia constituit dolum, sed affectata.

Dices. Ergo ignorantia vincibilis, & crassa actum prohibitum a tali lege efficiens non pecco, siquidem solum aduersus scienter facientes lata lex est.

Respondeo te peccare etiam poenam non contrahas, nam quoad peccatum idem est te debere scire, ac si scires. ex l. quod re mibi s. ff. de reb. cred. at quoad poenam non est idem: & ita hanc scientiam sustinet Syluest. verbo ignorantia, q. 8. dicto 4. Nauarr. e. 2. n. 14. de lar. 4. Couart. 4. decret. 2. par. 6. §. 8. n. 21. e. 1. n. 1. §. 10. n. 17. uerleandem sane ratione Sanchez plures alios referens lib. 9. disp. 32. n. 35. Bonac. de cens. disp. 1. q. 2. p. 1. n. 10.

Idem quod dictum est de lege lata aduersus scienter facientes, intelligi debet, si feratur aduersus temere consulto violantes. Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

res, vel praesumentes violare, vel audentes violare, haec enim omnia necessario exoptulunt scientiam in delinquentem, vel saltem ita affectatam ignorantiam, quae scientiae aequiparatur. ita Suarez l. 5. in 3. p. disp. 4. sect. 10. n. 3. Sanchez supra n. 37. §. 38. lib. 6. in De alie. 8. n. 43. Bonacin. supra n. 11. ubi neque affectatam ignorantiam in praedictis casibus existimat sufficere, nisi cum ingenti temeritate fuerit conuicta, sed necessario ex certa scientia debere actum procedere.

2. Difficultas autem est, an casu quo lex non uatur uerbis supra dictis, scientiam, praesumptionem, & temeritatem importantibus, sed absolute dicat, qui deliquerint, tali poena puniantur, aliqua ignorantia vincibilis, & mortaliter culpabilis delinquentes excuset?

Thom. Sanchez pluribus relictis lib. 9. de matrim. disp. 32. n. 30. §. 3. q. 4. existimat ad contrahendas censuras, & irregularitatem non sufficere ignorantiam vincibilem moraliter, sed ne cessario desiderari crassam, & supinam, quamque uocat ius ignorantiam ex lata culpa. Praecipuum fundamentum desumitur ex e. 2. de cons. in 6. ubi Pontifex excusat ignorantes a poenis latis per statuta ordinariorum nisi eorum ignorantia crassa fuerit & supina. Quod dicitur, est de statuti ordinariorum expressi loquitur, potiori ratione de legibus Pontificiis intelligendum est. ut supra diximus. Ergo aliqua ignorantia mortaliter culpabilis, dummodo crassa non fuerit, & supina, a poenis excusat, aliis nihil Pontifex de cetero, in quo esse possit difficultas: nam ignorantia, quae leuiter est culpabilis, & quae negligentiam mortalem non attingit, in omni sententia a censuris, & qualibet poena graui excusat, siquidem excusat a peccato mortali.

Haec sententia in censuris, & irregularitate probanda mihi uideatur, eo quod sint poena, quae contemptum legis requirunt, ut optime probat Nauarr. cap. accepta de restit. spolia. episcopi. §. 1. illa. §. n. 35. §. c. cum contingat, causa nullitatis, remedio 2. n. 7. Sed contemptus non uideatur adesse, ubi aliqua diligentia est adhibita: haec enim diligentia excusat a dolo, cum quilibet causa, siue iusta, siue iniusta sit, ab illo excuset, ut multis exornat Flam. de confid. q. 46. n. 8. Ergo, & ita tenet Bonac. de cens. disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 10.

3. De aliis autem poenis existimarem sufficere ad illas contrahendas, diligentiam non fuisse adhibitam sufficientem, eo quod de illis nihil uideam specialiter decretum, nisi solum in poena imposita coniugibus, non petendi debi um ob copulam cum consanguineis sui coniugis habitam, vel si absque necessitate baptizari, vel leuauerit filium coniugis ex sacro fonte, in quibus casibus necessario requiritur scientia delicti, neque sufficere ignorantiam crassam, sed necessario debet esse affectata: quod satis in affinitate probatur ex cap. 1. de eo qui cognouit consanguineum. ubi: si quis cum filia sua scilicet fornicatus fuerit, neque a matre debuit peccare, neque filiam unquam habere potest uxorem. Et in impedimento cognationis probatur ex c. si uir, de cognat. spirit. ubi, si ex ignorantia factum est, eos ignorantia excusare uideatur, ubi ignorantiam non quamcumque, sed affectatam intelligit, ut optime probat Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 32. n. 47. An peccans ex ignorantia committat peccatum eiusdem speciei, ac si sciens peccaret, iam diximus superiori tract. de conscientia cum de errore esset sermo. Item an euenitus ortus ex ignorantia culpabili imputandus sit, & sit uere peccatum, late discussimus hac disputatione punct. 4.

PUNCTUM XIX.

An ignorantia excusans legis transgressionem, allegari possit in foro externo, & qualiter probanda sit

- 1 Proponitur non posse allegari.
2 Defenditur allegari posse.
3 Satisse argumentis n. 1. posit.
4 Apponitur modus probandi ignorantiam.
5 Iuramentum non sufficit ad ignorantiam probationem si alia via ignorantia probari potest. Et quid specialiter in lege scienter promulgata.
6 Allegari, & probari potest ignorantia, si alia via praeter iuramentum fieri potest.
7 Ignorantia facti sufficienter probatur iuramento.
8 Aliqua notabilia inferuntur.

Non posse allegari, probatur primo, quia allegaret latam culpam, qualis est ignorare iuris dispositionem, quam omnes scire debent. leges sacrosissima. ff. de legibus. Secundo contra praesumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio ignorantiae, ut tradit Felin. in cap. cognoscens, n. 13. de constitut. & multis exornat Flam. de consuet. quest. 76. At cum lex est solemniter situ publicata, est praesumptio iuris, & de iure pro eius scientia. Ergo nemini permittum est allegare ignorantiam. Tertio non toleratur ignorantia eorum, quae quis tenetur ratione officii scire, & inuestigare, ex cap. inuenit, de elect. glosa ibi, uerbo ignorantiam. Sed quilibet tenetur leges



& obligationes sui muneris scire. Ergo non est admittendus allegare in contrarium: hac enim ratione Episcopus allegans ignorantiam vacationem beneficij, repellitur, quia cum præiens dicere debeat esse, præsumitur omnia ibi suo muneri pertinentia scire, ex glossa in l. si tutor, super verbo ostenderit. C. de pericul. iuror. & ex cap. qui & hum. n. 12. quæst. 2. Quocirca Male. verbo ignorantia, concl. 879. n. 22. 23. & 24. probat multis allegatis nemini patrocinari ignorantiam decreti publici, edicti ordinarij publicati, & cuiuscumque statuti quoad homines loci illius.

2. Nihilominus certa sententia est, ignorantiam legis allegari, & probari posse tradit Abbas in c. cognoscentes, n. 9. de consi. & glossa ibi in fine. Sylvest. verbo l. x. q. 7. Menoch. de arbitrarij. in d. lib. 2. cent. 2. casu 186. & supponunt omnes. Et ratio est clara, quia notitia legis positivæ non est à natura infusa, sed diligentia cuiusque, & alterum disciplina haberi debet: hac autem possunt ex multis capitibus impediri, & impossibilia reddi. Ergo potest allegari, & probari.

3. Neque obstant rationes in contrarium. Fateor, inquam, aduersus ignorantem ius, statutumque commune esse præsumptionem, id est quod illi incumbere onus probandi, & præsumptionem elidendi.

Ad primum dico. Qui allegat ignorantiam legis, ut à transgressione legis excusetur, non allegat latam culpam, quia non allegat ignorantiam vincibilem, sed inuincibilem, & probabilem.

Ad secundum dico aduersus præsumptionem iuris & de iure debere non admitti probationem in simplici verbo, imò nec iuramento, ut dicemus, bene tamen si alia via ignorantiam probare contendat, scilicet allegando causas, ex quibus efficaciter præsumitur. Adde pro scientia legis solum esse præsumptionem iuris, non de iure; cum solum vetosimilitudo seu probabiliter, non necessario omnibus insit, in quo præsumptio iuris fit esse, ut optime dixit Alciat. de præsumpt. 3. p. in præiudic. n. 9. Præsumptio iuris (inquit) est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur; & multis exornat Flam. de consi. q. 77. n. 12. vbi n. 8. probat aduersus hanc præsumptionem admitti probationem.

Ad tertium eodem modo respondemus efficaciorum probationem ignorantiam requiri, quoties de scientia est ita vehemens præsumptio.

4. Modus autem probandi ignorantiam duplex est. Primus est ex coniecturis, iuxta textum in c. cum in tua, qui mater, accusare possunt, glossa ibi. & in c. præsumitur, vers. 3. quando probatur, de reg. iur. in 6. Bald. & Abbas in c. cognoscentes, de consi. n. 10. Felin. n. 19. Coniecturæ sunt, si probes absentiam tempore publicationis, si detinearis infirmitate, si in tenera ætate eras constitutus, & his similia, ex supra dicto c. cum in tua, & tradit alijs relictis doctissimus Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 186. n. 16. Malecard. de probat. verb. ignorantia, concl. 880. vbi n. 1. aduertit hanc probationem ignorantiam per coniecturas non esse plenam, non enim de his quæ sunt in animo, constat certo potest; ac proinde iudicis arbitrio debet relinqui. Menoch. supra. Secundus modus probandi ignorantiam est iuramentum, cum enim ignorantia in mente consistat, solo videlicet testimonio ignorantis probari posse. Sic glossa in c. prop. n. 12. dist. c. qui dicitur, verbo. & hum. n. 12. q. 2. c. si verò d. 2. de sentent. excomm. verbo. propria. Abbas d. c. cognoscentes, n. 9. Couar. 2. var. c. 10. n. 1. vers. tertio admittenda est. & alij plures, quos refert, & sequitur Male. de probat. concl. 881. n. 1. & 2. Menoch. supra n. 3. vers. primus est modus. Gregor. Lopez l. 12. tit. 1. p. 7. verb. que lo non supiera.

5. Difficultas autem est, an hoc iuramentum sufficiat ad probandam ignorantiam legis?

Et quidem quando alia via præter iuramentum ignorantia probari potest, omnes conueniunt iuramentum insufficientem esse, colligitur ex cap. presentium, de testibus, cap. existeris, de præf. & tradit alijs relictis Felin. cap. 2. n. 12. de consi. vers. salite primò. Malecard. supra n. 23. Iuramentum enim in defectum alterius probationis subrogatur; est enim probatio hæc priuilegiata, cui locus est tantum cum alie probationes deficiunt, tradit Menoch. n. 7. ex l. 2. 2. §. diuus, el. 1. de iure fisei. Secundo non sufficit iuramentum, si agatur tam de probanda ignorantia, quam de probanda ignorantia iustitia, ut si allegas ignorantiam ex causa absentie, vel infirmitatis, debes absentiam, vel infirmitatem legitimis probationibus probare. ita Felin. supra n. 19. Menoch. n. 15. Malecard. n. 15. plures referens. Rationes adducit Menoch. & Malecard. quia actus isti ignorantiam insufficientes non consistunt in animo allegantis, sed sensibus obiciuntur. Debent ergo alijs testimonijs probari. Tertio non probatur ignorantia solo iuramento ignorantis, quando aduersus eum esset maxima iuris præsumptio, vel ex publica fama, vel ex facti notorietate, vel ex longi temporis præscriptione aliòve similitudine Decius in supra dicto cap. cognoscentes, n. 18. vers. similitudo arbitrarij. Felin. n. 17. Couar. reg. possess. r. 3. p. 5. §. 3. n. 4. vers. 10. Gratian. reg. 270. n. 7. Menoch. supra n. 7. & 8. & tract. de reg. possess. rem. 16. n. 36. vbi probat a legatum se ignorantem sui antecessoris. Viuolam possessionem,

non esse audiendum, quando publicè notum est illum antecessorem suum vitiosè possedisse. Ignorantia enim illorum quæ publicè nota sunt, non præsumitur, imò præsumitur contrarium, & aduersus iuris præsumptionem solo iuramento non videtur standum.

Hinc oritur dubitatio, an ignorantia legis sufficienter promulgata probetur iuramento? Non enim videtur probari posse: nam aduersus iuramentum semper est iuris præsumptio, eo quod lex publica fit, & publicè omnibus nota post duos menses à publicatione. In contrarium autem est, quia non est præsumendus quis ita immemor suæ salutis, ut peccare velit. Item quia ea quæ sunt in animo latentia, non possunt efficere ori via probati, quam testimonio ipsius dicentis: illi est ergo fides adhibenda.

Vtraque sententia est probabilis, & quælibet plures habet patronos. Ac probabilior, & magis recepta sententia est in ignorantia legis, seu iuris non admittendam esse probationem iuramenti: ita docet Menoch. supra. & lib. 1. de præsumpt. præsumpt. 77. n. 3. Thom. Sanchez. lib. 9. de mar. disp. 32. n. 5. Malecard. conclus. 881. n. 27. & 26. & alij, in duplici casu hæc nostra sententia verius procedit. Primò, si lex aut statutum prohibeat ignorantiam allegari: tunc enim nullo modo admittenda est probatio ex iuramento, quia statutum valet, & aliquid debet operari, tradit Bald. l. 1. ff. de legib. num. 6. Felin. in cap. cognoscentes, n. 15. de consi. Menoch. n. 10. Malecard. n. 20.

6. Verum si alia via probari potest ignorantia inuincibilis legis admittenda est probatio, est lex prohibet ignorantiam allegare, quia intelligi debet prohibere ignorantiam culpabilem, crassam, & supinam, non tamen prohibere allegare ignorantiam iustam, & probabilem. Nam si prohiberet iustam, & probabilem ignorantiam allegare, prohiberet iustam innocentem defensionem, & incederet, innocenter, ac si esset nocens punire. Dices, ergo nihil speciale probatur: nam quælibet lex prohibet allegare ignorantiam vincibilem. Ergo huiusmodi statutum de inuincibili est intelligendum: & sic tenet Felin. dist. c. cognoscentes, n. 15. Farinac. plures referens 1. p. fragment. verbo. consi. n. 702.

Respondeo tamen quamlibet legem repellere ignorantiam vincibilem, & crassam, admittereque probationem ignorantiam probabilis, & iustæ: ac cum hac differentia. Quia, quando lex non repellit probationem ignorantiam, admitti potest eius probatio simplici iuramento ex probabilis sententia, cui se potest iudex conformare. At quando lex ignorantiam allegari prohibet, nullo modo admitti potest eius probatio simplici iuramento, sed aliunde petenda est, & sic iam lex aliquid operatur. Secundo dici potest statutum nihil in hac parte speciale operari, sed ad maiorem claritatem, & expressionem illius, quod ex natura rei incit, illa verba esse apposita: sic alijs relictis explicat Menochus à n. 12. Minus enim inconueniens est negare legem aliquid speciale operari, quam affirmare iniquitatem continere, contineret autem iniquitatem, si iustus ignorantem puniret. Ergo. Secundus casus, in quo nullo modo aduersus legem admittitur probatio per iuramentum, est, quando agitur de tertij præiudicio, non enim iustum est alterum præiudicari solo tuo dicto: cum pro illo sit legis præsumptio, ita Menoch. supra n. 9. Malecard. n. 11. qui limitant procedere in præiudicio graui non leui.

7. Rursus si loquamur de probanda ignorantia facti, censetur statuendum esse regulam generalem probari sufficienter iuramento ignorantis, quia ignorantia facti regulariter præsumitur: propterea dicitur Ignorantia facti, non iuris excusat, c. ignorantia, de regul. iur. in 6. Hæc regula colligitur ex c. si verò el. 2. de f. n. excomm. c. cum in tua, qui mater. de us. poss. & ibi glossa. & multis exornat Malecard. concl. 81. n. 4.

8. Ex qua regula infero primò, cum Malecard. n. 3. referente Abbate, Hyppolyt. & alios non solentem veltigal impostum mercibus, quas refert, propter quod incidit in commissum, excusari sufficienter, si iuret se necesse impostum esse veltigal, & tali iuramento factio absolueudus est, neque res eius cadunt in commissum. Secundo infero, hæc dem alicuius non solentem canonem per biennium, ob cuius negligenciam cadit in commissum, purgari sufficienter, si iuret, se ignorasse emphyteuticam ita Accurs. in l. 2. glossa. ult. vers. sed quid si ille, qui soluere debuit C. de iure emphy. intro. Marfil. in rub. C. de probationib. numer. 137. vers. & dixit nullum egerit Malecard. plures referens n. 4. & 5. Tertio infero, si dominus recepit canonem, id est, pensionem, & censum ab emphyteuta, postquam eecidit à iure suo ob negligentiam solutionis, eam reintegrat, iuxta l. 2. C. de iure emphyteut. Hoc tamen intelligendum est, casu quo dominus sciuerit emphyteuta à iure suo cecidisse, nec si ignorauerit. Nam si ignorans recepit solutionem pensionis, non reintegrat. Hæc tamen ignorantia, cum sit ignorantia facti, & non iuris, iuramento domini probatur sufficienter, tradit Marfil. supra n. 137. vers. Adde quod ista probatio ignorantia, Malecard. n. 6. Quod infero vasallum allegerem feudi vacantis ignorantiam, offerentemque iurare, debebat admitti, quod si non admittatur, appellare potest, tanquam

graua



gracitas, sic aliis relatis Mascard, n.7. Infero quindò procu-  
toris ignorantiam probari sufficienter iuramento ipsius, nisi à  
domino habuerit speciale mandatum, sic Mascard. num.8. Sex-  
domo habuerit in domo hæreticam, purgari sufficienter  
in infero receptante in domo hæreticam esse, quia cum sit de factò  
ter, si inter se necesse hæreticam esse, sic Simanc. libr.  
alieno, & occulto, præsumitur ignorare, sic Simanc. libr.  
catholic. in f. 15. n.9. Menoch, lib.9. præsumpt. 23. n.54.  
Ab hac regula excipi debet factum, pro cuius scientia est  
à iure præsumptum, ut si sit publicum, si in tua præsentia: tunc  
enim non probatur factis iuramento, sed alleganda, & proban-  
dam non probatur factis iuramento, est enim eadem ratio de hoc factò, ac  
de lege, siquidem legis ignorantia ideo non probatur factis iu-  
ramento, quia eorum, quæ publica sunt, qualis est lex, scientia  
præsumitur. Quæ autem sint facta, pro quibus à iure est  
præsumptio scientiæ, vel ignorantia, optime expendit Menoch,  
lib.6. præsumpt. 23. & 24.

DISPUTATIO II.

De peccatis. Vbi eorum natura, & essentia  
explicatur.

**P**ECCATUM aliud est originale, aliud actuale,  
aliud habituale, aliud mortale, aliud veniale,  
de omnibus est sigillatim dicendum: sed quia  
à peccato originali omnia peccata originem tra-  
hant, ideo de illo placet prius agere, & brevit-  
er inquirimus. An sit? Quid sit? & quas per-  
sonas afficiat, & quos effectus habeat?

PUNCTUM I.

Quid sit peccatum originale.

- 1. Fide tenendum dari peccatum originale.
- 2. Prima sententia peccatum originale esse peccatum Adæ  
mortaliter quemlibet denominans.
- 3. Refellitur supradicta sententia. & assertitur esse priuationem  
iustitiæ debitæ.
- 4. Proponuntur obiectiones aliquot, & solvuntur.
- 5. Quid sit priuationem gratiæ debitam esse parvulis.

**N**emini Catholicorum esse potest dubium dari pecca-  
tum originale, cum hæc veritas expresse definita sit à  
Trident. sess. 5. de peccat. origin. cap. 3. ex illo loco Pauli ad  
Romanos. Per unum hominem peccatum in hunc mundum in-  
trauit, & per peccatum mors. & ita in omnes homines mors per-  
transiit, in quo omnes peccaverunt. Notanda enim sunt verba  
Pauli dicens ab Adamo peccatum in hunc mundum intrasse,  
quod non potest intelligi de introitu per imitationem, quia  
parvuli non peccant imitando, ergo debet intelligi per realem  
propagationem. Nam eodem modo dicit intrasse peccatum, ac  
intravit mors comes illius, quæ certe non imitatione, sed veritate,  
omnes afficit. Deinde probatur ex Baptismo, qui institutus  
est ad parvulos in Christo regenerandos, iuxta Paulum ad Rom.  
6. Signum ergo est mortuos esse ob peccatum, non quidem  
actuale, quod habere non possunt, sed originale. Item traditur  
ad Ephes. 2. Eramus natura filij iræ, & 1. Corinthe. 15. num. 22.  
Omnes in Adam moriuntur.

2. In quo autem hoc peccatum consistat. variant Doctores,  
eorum opiniones refert, & errores late impugnat Azor. lib.4.  
instit. moral. cap. 26. Valq. 1. 2. disp. 132. Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13.  
disp. 1. sect. 1. illis tamen omnibus.

Duplex est sententia, quæ veritati accedit. Prima affirmat  
peccatum originale nihil aliud esse, quam peccatum Adæ mor-  
taliter, & intrinsecè inherens, & denominans quemlibet ho-  
minem peccatorem. Cum enim peccatum originale debeat esse  
voluntarium, & nihil appareat, quod voluntarium sit præ-  
ter Adæ peccatum, effici videtur in ipso, ut moraliter denomi-  
nante peccatorem, sitam esse rationem peccati: quod exemplo  
peccati habitualis explicatur, peccatum enim habituale nihil  
aliud esse videtur, quam peccatum actuale, dum non est suffi-  
cienter retractatum, aut à Deo condonatum, quia sic existens  
mortaliter censetur perseverare, & intrinsecè peccatorem de-  
nominare: ita similiter in peccato Adæ, dum tale peccatum non  
est sufficienter retractatum, aut à Deo pro omnibus hominibus  
condonatum, censetur illis inesse mortaliter, ita doctus Salme-  
ron ad Rom. 1. disp. 45. & 46. & plures moderati illi consentiunt.  
Fateor tamen me non posse illi acquiescere, redole enim erro-  
rem Alberti Pighij controversi. 1. Catharini opusculo de casu ho-  
minis c. 8. & vlt. & lib. cui titulus est summa doctrinæ, ad sacros  
Theologos. de peccato orig. §. 3. qui incipit. Esi igitur mea propo-  
siti, qui assertunt peccatum originale solum esse peccatum Adæ  
nobis imputatum, ac proinde quid extrinsecum esse, non vnicui-  
Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars 1.

que proprium, contra Concilium sess. 5. can. 3. Sed probo non  
posse peccatum originale consistere in peccato Adæ mortaliter,  
& intrinsecè denominante parvulum: quia peccatum Adæ tam  
actuale, quam habituale est omnino remissum. Ergo non po-  
test mortaliter in parvulis perseverare, quia perseverantia mor-  
talis alicuius rei, tunc est, quando prudenter homines censent  
illam rem perseverare, & reputant, ac si physicè existeret, quod  
esse non potest, destructo totaliter fundamento huius denomi-  
nationis: at quia totum fundamentum huius denominatio-  
nis mortalis, est peccatum actuale, & habituale Adami, quod  
per eius penitentiam, & gratiam animo fuit destructum. Ergo.  
Secundò per gratiam Christi in Baptismo collatam tollitur in  
parvulo totum id, quod veram, & propriam peccati rationem  
habet: ut dicit Concil. Trident. sess. 5. can. 5. sed non tollitur  
peccatum Adæ, hoc enim iam erat sublatum per eius peniten-  
tiam. Ergo aliquid aliud debet tolli, quod sit fundamentum il-  
lius mortalis denominationis. Tertio nequit intelligi, qua ra-  
tione multipliciter peccatum originale in quolibet parvulo, si  
peccatum originale non sit aliud præter Adæ peccatum mor-  
taliter parvulo inherens: nam cum peccatum Adæ vnum sit,  
vnum debet reputari, & non multiplex formaliter, quod est  
contra Concil. sess. 5. can. 3.

3. Quapropter tenenda mihi videtur communis sententia,  
quæ affirmat peccatum originale consistere in priuatione sin-  
gulis debita iustitiæ, & sanctitatis, cuiuslibet enim debeatur ius-  
titiæ Adami non peccante: at quia ipse peccavit, & omnes  
in illo, quia in illius voluntatem nostræ erant refusæ, ideo nobis  
debita est priuatio gratiæ, & iustitiæ. In hac ergo priuatio-  
ne debita peccatum originale consistit, ita Azor cap. illo 26. circa  
finem. Valquez cap. 8. Salas sess. 3. n. 38. Bonacina disp. 2. de pecc.  
q. 1. p. 2. Ratio est, quia peccatum originale ita est vnicuique  
proprium, ut verè illum peccatorem constituat, sed nihil est,  
quod singulis insit, quod possit illos peccatores intrinsecè con-  
stituire, præter hanc priuationem. Ergo in hac priuatione pec-  
catum originale consistit. Minorem probo, quia neque est  
peccatum Adæ, ut supra, probatum est, neque est aliqua qualitas,  
ut bene probat Azor, Salas, & Valq. supra, neque aliquis reatus  
ad peccatum, hic enim potius est effectus peccati quam peccatum.  
Restat ergo, ut solum sit priuatio debita gratiæ.

Dices hanc priuationem non esse parvulis voluntariam, &  
liberam, quod est ad peccatum requisitum.  
Respondeo esse quidem liberam in Adamo; ibi enim om-  
nes hominum voluntates refusæ erant, ac proinde cum ipse  
peccavit, omnes nos peccavimus, & priuationem gratiæ me-  
ruimus habere. Ergo in hac priuatione debita peccatum ori-  
ginale consistit.

4. Verùm adversus hanc sententiam obstat, primò, quia  
priuatio sanctitatis debita parvulis fit à Deo, Deus enim pri-  
uat hominem gratia sua, & iure ad gloriam, quia peccator est.  
Ergo priuatio gratiæ non est peccatum, sed est effectus peccati.  
Secundò, quilibet homo non solum est priuatus iustitiâ origi-  
nali, quatenus iustitiâ originalis est gratia sanctificans, sed  
quatenus est donum quoddam, virtute cuius passiones sensiti-  
væ in Adamo subiectæ erant rationi, quia Deus Adamum con-  
dens, promittit illi, si mandatum servaret, omnibus eius posse-  
ris, non tantum gratiam, sed iustitiâ originalem daturum. Ergo  
in vtraque priuatione consistit peccatum originale, ac pro-  
inde non remittitur integrè per Baptismum, Tertio ipsæmet  
Adamus, postquam peccavit, mansit priuatus iustitiâ originali,  
& tamen non habuit originale peccatum. Ergo peccatum ori-  
ginale non potest in hac priuatione consistere?

Hæc tamen argumenta non obstant, quomòdus firma debeat  
esse communis sententia.

Ad primum dico, priuationem gratiæ fieri à Deo, sed non  
quatenus parvulis talis priuatio est debita: peccatum enim  
originale non in priuatione vicinque gratiæ consistit, sed in  
priuatione debita, cuiuslibet enim homini per seminalem pro-  
pagationem procreato, datur priuatio gratiæ, & sanctitatis,  
ob peccatum, quod Adamus commisit, cui ipse homo vir-  
tualiter, & moraliter consentit.

5. Sed inquires. In quònam consistit, priuationem gratiæ  
esse cuiuslibet debitam, seu quemlibet mereri privari gratia.  
Nam in peccato Adami non videtur posse consistere, cum hoc  
vnum sit, & priuatio debita multiplex. Item peccatum Adami  
est extrinsecum parvulis: deberi autem privari gratia illis est  
intrinsecum, aliàs præcipua ratio peccati originalis in extrin-  
secò sita esset. Quid ergo est in parvulis vltra carentiam gra-  
tiæ debitum carendi illi.

Respondeo non esse facile explicatum. Dico tamen necessa-  
riò recurrendum esse ad moralitates, peccatum enim Adami  
non solum fuit peccatum ipsius, sed etiam peccatum omnium  
posterorum, in illo enim omnes posteri peccaverunt, iuxta  
Paul. ad Rom. 5. Quid ergo mirum, si singuli peccaverunt, singu-  
li habebant debitum contrahendi priuationem gratiæ? hoc ta-  
men debitum est ortum sit ex peccato Adæ, formaliter non est  
peccatum Adæ, sed ab illo quasi resultat moraliter, vel po-  
test dici non esse peccatum Adæ, proptèr est peccatum ipsius;  
sed secundum quod est peccatum posterorum, & omnes in  
illo

DE  
CASTRO  
PALA  
TONI  
EIVS